

## Band IX., Nr. 3769, Seite 222-223

*Graf Ulrich der Ältere von Helfenstein beurkundet, dass Heinrich in Harena von Geislingen Güter und zwei Drittel der Vogtei der Kirche zu Oppingen an das Kloster Kaisheim verkauft hat.*

Ohne Ortsangabe, 1288. Juli 21.

In nomine domini. Amen. Nos Ulricus dei gratia comes senior de Helfenstein notum fieri volumus presentium inspectoribus universis, quod Heinricus in Harena civis noster in Giselingen de voluntate nostra plenaria et Ulrici dilecti nostri filii coadunata manu . . . sue coniugis hūbam unam sitam in Oppingen, quam ad presens . . . relicta quondam Wolfhardi incolit, et novale unum ibidem dictum Gekgenbūch cum silva quadam et novali, quod Reinhartsperc<sup>1</sup> appellatur, que omnia insimul computata solvunt tria maldra spelte et tria maldra avene dimidiam libram Hallensium XXIII caseos vel III solidos Hallensium centum ova V pullos et I solidum Hallensium pro visitatione sibique iusto proprietatis titulo attinebant, cum duabus partibus advocatie ecclesie in Oppingen solvente III quartalia avene, que pleno iure sibi competebat, inductus articulo paupertatis viris religiosis domino . . . abbati et conventui de Cesarea Cisterciensis ordinis Augustensis dyocesis rite et rationabiliter pro XXII libris Hallensium minus VI solidis vendidit atque vendit simpliciter et precise cum universis iuribus suis et pertinentiis agris pratis pascuis silvis aquis terris cultis et incultis quesitis et inquirendis proprietatis titulo perpetualiter possidenda renuntians tam pro se quam pro suis heredibus universis omni iuri, quod sibi vel ipsis in supradictis bonis omnibus et eorum attinentiis competere poterat quoquomodo. Et ut predictis fratribus de vitio et evictione seu satisfactione in supradictis bonis omnibus satisfiat, ipse Henricus predictus Cunradum dictum Lyndarium civem in Giselingen fideiussorem eisdem fratribus obligavit sub hac forma, ut si bona prescripta in parte vel in toto a quoquam hominum fuerint inpetita, ipse Cunradus in quovis iudicio ea absolvere debeat sine dampno quolibet fratrum de Cesarea predictorum, donec tantum temporis fuerit evolutum, quod ipsi fratres adversus quoslibet homines prescriptione legitima potuerint se tueri. In quorum omnium robur et evidens testimonium presentem litteram ad petitionem prefati Henrici et Cunradi Lyndarii fideiussoris ipsius predicti sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt: Albertus dictus de Chuochalme<sup>2</sup> minister

<sup>1</sup>Flur bei Oppingen, Nellingen, UL.

<sup>2</sup>Kuchalb, Donzdorf, GP.

## II

noster in Giselingen, Cunradus Lyndarius prefatus, Eppo senior, Heinricus dictus Faber, Albertus de Lunse, Heinricus dictus Nebelriter et alii plures.

Datum anno domini MCCLXXXVIII., in die Praxedis virginis et martiris.

—

Textabdruck folgt dem Original.

Mit abhængendem Siegel des Grafen Ulrich von Helfenstein, s. WUB, Bd. VIII, S. 95, Nr. 2770.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Augsburg

**Signatur/Titel des Originals:**

Reichsstift Kaisheim Urkunde 287

**Überlieferung und Textkritik:**

War ehemals im HStA München.

**Regesten:**

Regesta Boica, 4, 379.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Augsburg, A

Geislingen an der Steige Wohnplatz (701)

Geislingen an der Steige, GP

Helfenstein Wüstung (21656)

Helfenstein, Geislingen an der Steige, GP, W

Kaisheim, DON

Kuchalb Wohnplatz (641)

Kuchalb, Donzdorf, GP

Lonsee Wohnplatz (16874)

Lonsee, UL

Oppingen Wohnplatz (16892)

Oppingen, Nellingen, UL